

Azymorum. Et quid opus est dicere, Christum namque anticipasse propter crucifixionem die Parasceves futuram; cum sanctus Lucas aduersetur, ita de feria quinta scribens: *Erat dies Azymorum quo Pascha debebat immolari?* Dicens enim, oportebat, necessitatem legis, et non liberum Christi arbitrium manifestat. Concludamus igitur ex opinione et sententia doctorum theologorum Latinorum, Christum ipso die Paschalis cruci affixum, Parasceve scilicet, cum pati deliberasset, et semetipsum verum agnum tempore agni typici sacrificare, et secundum astronomos eadem Parasceve ex verno aquinoctio quintam et decimam lunam fuisse. Translationem vero Paschatis in Sabbatum ex vusta Iudeorum consuetudine factam, qui inter has duas solemnitates difficultatem deprehendunt, quo tempore cibi præparari non poterant, duos dies festos in unum Sabbatum contraxere; ideoque Joannem scripsisse: *Erat enim magnus ille dies Sabbati,* quasi dupliceum diem festum innueret. Et hoc item ex ipsis Iudeis addiscere possumus, qui nunquam celebrant Pascha die Parasceves. Et de azymis, et sacrificio Paschali, ista satis sint. Et haec scripsi volis, Graeci amicissimi, non panem vestrum, quem adorans aequa atque nostra azyma revereor, incensans, sed exponens, neque probe, neque ut Christianum addebet, vos gerere, dum Latinorum azyma dicto factoque laeditis injuriaque afficitis. In utrisque siquidem, uti dictum est, verus Christus continetur. Amice itaque admoniti, abstinetе vos in posterum a temeritate et maledicentia.

Et per eum autem dilectorum eorum. Kai τοῦτο μὲν ἔστιν ἐκ τῶν Ιουδαίων μαθεῖν, οὐχ ἑρταζόντων ποτέ τὸ Πάσχα ἐν τῇ Παρασκευῇ. Kai ἄλις περὶ ἀξέμηνων καὶ Ουσίας Πατρικῆς. Τιτταὶ δὲ ἔργα τὸν "Κλητῆς φίλατοι, οὐ διαβάλλον δρπον τὴν ὄμέτερον· τούτου γάρ προσκυνῶ, ὕσπερ καὶ τὰ ἡμῶν ἀξούμα, ἀλλὰ ἵστων, ἥμᾶς οὐκ εὖ ποιεῖν, οὐδὲ Χριστιανός, οὐδριζόντας καὶ ἀτιμάζοντας τὰ τῶν Λατίων Κληταῖς. Τον διαφορέρων γάρ, οὐκ εἰργάται, Χριστὸς ἀλτηθεῖς περιέχεται. Νενοθετημένοι οὖν ἀγαπητῶν τούτων παύσασθε αὐθαδίας καὶ κακολογίας.

A γενέθλαι ἐν τῷ Σεββάτῳ. El δὲ ἦν τὸ Πάσχα τῷ Σεββάτῳ, πῶς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε τῇ Τετράδι ἐν Βηθανίᾳ ὡν, Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀρθρώπου παραδίδεται εἰς τὸ σταυροθήραι, δηλοῦντες τῇ Παρασκευῇ. Καὶ τῇ Πέμπτῃ, πρὸ τῆς Ημέρας ηὔρισκεν, ἦν πάντες εὐαγγελισταὶ θνητάς πρώτην ἡμέραν τῶν Αζύμων, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, τὸν ἀμυνὴν ἐψήγε μετὰ τῶν μαθητῶν. Θυσία δὲ ἀρινῦ ἦν κατὰ νόμον τετάρτη καὶ δεκάτη σειήνη, καὶ τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τὸ Πάσχα, καὶ ἑορτὴ τῶν Αζύμων. Καὶ εἰς τὸ λέγη, ὅτι ὁ Χριστὸς προέφθασε μίαν ἡμέραν, διὸ τὴν σταύρωσιν, μέλλουσαν τῇ Ημέρας ηὔρισκεν; ἀντιλέγεις: ὁ θεῖος Λουκᾶς, γράφων οὕτως περὶ τῆς Ημέρας: *Hr δὲ ἡμέρα τῶν Αζύμων, ἐν ᾧ ἐδει*

**B** θύεσθαι τὸ Πάσχα. Λέγων γάρ, ἐδει, δηλοῦ ἀνάγκην τοῦ νόμου, καὶ οὐκ ἐλευθερίαν οὐκέτιας τοῦ Χριστοῦ. Συμπεραίνωμεν οὖν ἐκ τῆς διξηγης καὶ γνώμης τῶν παιδευτῶν Θεολόγων Λατίνων, τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι τῇ ιδιᾳ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, δηλοῦντες τῇ Ημέρας ηὔρισκεν παθεῖν, καὶ Οὐεστοῦ: Εκεῖτὸν ἀμυνὴν τὸν ἀληθινὸν ἐν τοῦ καιρῷ ἀρνοῦ τοῦ τυπικοῦ, καὶ κατὰ τοὺς ἀστρονόμους αὐτῇ τῇ Ημέρᾳ ηὔρισκεν γενέσθαι σειήνην πέμπτην καὶ δεκάτην ἀπὸ τῆς Εορτοῦ. Ιστημένοι δὲ τοῦ Πάσχα εἰς τὸ Σαββάτον ἀπὸ τῆς πάλαι τῶν Ιουδαίων συντονίεις γεγενημένην, οἱ ακοποῦντες δυσχέρεται ταῖς δυοῖς ἑορταῖς, ἐφ' ὃ οὐτοῦ οὐκ ἔντομάσαι τὰ βρύματα, ἑορτὰς ὅποι εἰς μίαν τοῦ Σαββάτου συνέστηκαν, καὶ διὰ τοῦτο γράψας τὸν Ιωάννην, *Μη γάρ*

**C** μεγάλη ἐκείνη ἡ ἡμέρα τοῦ Σαββάτου, οὐτε ἄντειν αὐτὴν διπλήν ἑορτήν. Καὶ τοῦτο μὲν ἔστιν ἐκ τῶν Ιουδαίων μαθεῖν, οὐχ ἑρταζόντων ποτὲ τὸ Πάσχα ἐν τῇ Ημέρᾳ ηὔρισκεν. Μεταφράσαν δὲ τοῦ Πάσχα εἰς τὸ Σαββάτον ἀπὸ τῆς πάλαι τῶν Ιουδαίων συντονίεις γεγενημένην, οἱ ακοποῦντες δυσχέρεται ταῖς δυοῖς ἑορταῖς, ἐφ' ὃ οὐτοῦ οὐκ ἔντομάσαι τὰ βρύματα, ἑορτὰς ὅποι εἰς μίαν τοῦ Σαββάτου συνέστηκαν, καὶ διὰ τοῦτο γράψας τὸν Ιωάννην, *Μη γάρ*

# JOANNES ARGYROPULUS.

## NOTITIA

(Baeuerus, *De doctis hominibus Graecis, Graecarum litterarum in Italia hastenatoribus*. Lipsiae 1750.)

Joannes Argyropulus, vulgo Argyropylus dictus; patria Constantinopolitanus, nobili genere natus (1), inter exsules Graecos qui Graecas litteras pariter atque philosophicas disciplinas in Italia tradiderunt praeclarum adeptus est nomine. Quo primum is in Italiam venerit tempore, non convenit inter scriptores qui de illo memoriae prodiderunt. Paulus Cortesius (2), bello Byzantino domo pulsam in Italiam eum

(1) Philanthropini nimis ex sorore nepotem, et ex Argyrorum familia, qua privatas inter clarior in Graecia existiterit nullas. Joannem Argyropulum fuisse, refert Nicolaus Commenus Patavini in *Historia gymnasii Patavini*, tom. II, pag. 179, De

familia Argyrorum seu Argyropulorum, vid. Car. du Fresne *De familiis augustis Byzantinis*, pag. 154 seqq.

(2) *Dial. de hominibus doctis*, pag. 45.

sese contulisse ait: speciatimque, capta a Turcis, anno 1453, Constantinopoli, factum id fuisse, recentiores plerique dicunt (3). Paulus Jovius (4) autem, posteaquam Theodorum Gazam Amurathem Graciam omnem victoribus armis quatiente, in Italiam profugisse, scripsit, eodem Turearum impetu Argyropolum Graecia ejectum fuisse refert, enique ipso, ante captam Constantinopolim, in Italiam eundem transiisse significare videtur (5). Nic. Comn. Papadopoli (6), iterata vice in Italiam eum venisse, ac, sub primum quidem adventum, a Bessarione Patavium missum, in gymnasio illius urbis et Latinas litteras didicisse, et in Aristotele versatum esse, tum vero Constantinopolim redisse, ac per aliquot annos ibi moratum, antequam urbs a Turcis expugnaretur, in Italiam remigrasse, sedemque ibi fixisse, tradit (7)\*.

Doctrinæ suæ copias explicandi amplissimus Argyropulo Florentiæ obtigit campus. Etenim Cosmas Medicus, qui cum et opibus et auctoritate ea in urbe unus omnium maxime floraret, ita ut pater patriæ publico renuntiaretur decreto, summo litteras virosque litteratos prosequebatur amore, et incomparabili munificentia fovebat, honoriscentissime acceptum illum Petro filio et Laurentio nepoti praeceptorem dedit, qui parentis loco eum habuerunt; tum vero Aristotelicam, cui addictus erat, philosophiam tradendi, Graecosque auctores studiosè juventuti prælectionibus publicis enarrandi, eidem fecit potestatem (8). Magna cum laude mandato munere functus est Argyropulus et cum Laurentium Medicem, vix adhuc quidem puberem, dialecticis, eaque philosophiae imbut parte, qua de moribus præcipitur (9), tum Iafos bene multos docuit, qui ut Cortesii (10) verbis utar, admirabili fama doctrinæ compulsi, se in ejus disciplinam tradiderant. Ex auditorum quos Florentiæ habuit, numero idem Cortesius producit Donatum Acciaiolum (11), et Matthæum Palmerum. Inter discipulos autem ejus primas facie tenet, qui in omni Graecæ Latinæque doctrinæ genere altius inde eminuit, Angelus Politianus. Is Argyropulum illum Byzantium suum olim in philosophia præceptorem fuisse disertis profitetur verbis, eumque, cum litterarum Latinarum minime incuriosum, tum sapientiæ decretorum disciplinarumque adeo cunctarum quæ cyclicæ a Martiano dicunter, eruditissimum habitum esse, addit (12). Exstant ejusdem Politiani in hujus præceptoris sui laudes duo epigrammata Graeca, novo ac decimo ætatis sue anno scripta (13). Quanti vero ille præstantissimi hujus discipuli sui Graecarum litterarum fecerit scientiam, vel ex eo intelligi potest, quod Scipio Carteromachos videsse se testatur (14) Politianum Graece scribentem Joanni Argyropulo sœpe fuisse admirationi.

Posteaquam longo satis tempore philosophie et Graecarum litterarum doctoris munus Florentiæ obierat (15), et apud Medicem Cosmam, ac deinde filium Petrum nepotemque Laurentium, insigni fuerat et auctoritate et gratia, quibus eum libros quosdam Aristotelis, Latine a se conversos dicebat (16), pestilentia gravi per urbem hanc incidente, et Etruria pervastante, anno circiter 1473,

(3) Lud. Moreri in *Dictionario hist.*, tom. I, pag. 602 edit. Amst. an. 1740; Henr. Wharton, in append. ad Guill. Cave *Hist. litt.*, pag. 109; J. A. Fabricius, *Biblioth. Gr.*, vol. X, pag. 495. Add. H. Holius, *De linguae Graecæ instauratorijs*, lib. II, cap. 1, pag. 195.

(4) *Elog.* pag. 48, 50.

(5) Id ipsum etiam ex Jovii verbis colligit P. Bayle, in *Dictionar. hist. et crit.*, tom. I, pag. 508, de eo utique dubitans, num, capta Constantinopoli, in Italiam deueni venerit Argyropulus. Jovio ille, hac occasione, nec immerito, succenset quod in elogis suis ad pernoscendas temporis rationes scitu necessaria neglexerit.

(6) *Hist. gymnas. Patav.*, t. II, pag. 179. Inter Graecos qui cum Joanne Palaeologo imp. al concilium Florentinum profecti sunt, Ἀργυρόπουλος quidam memoratur a Duca *Hist. Byz.* c. 31, pag. 119 ed. Paris. a. 1689. Num is ipse noster fuerit Joannes, certo quidem dici nequit; verisimilem tamen conjecturam facit de processione Spiritus sancti et concilii Florentini decreto, ad Lucum Ducaram ab hoc postea scriptus liber.

(7) In patria cum viveret, doctoris functus est officio. Testis est Mich. Apostoli προσφύνημα εἰς τὸ έαυτοῦ διδάσκαλον, Ιωαννὸν τὸν Ἀργυρόπουλον, οὐτε ἔρχεται διδάσκειν ἐν τῷ ξενώνος μουσείῳ. Allocutio ad magistrum suum Joannem Argyropulum, cum docendi publice mitum faceret (Constantinopoli) in auditorio xenodochi; quæ calamo exarata, in bibliotheca Vindobonensi exstat, teste Lambecio,

Commentar. I. viii, pag. 116. Huc etiam pertinet Fr. Philippi ad Petr. Perleonem, Constantinopoli agentem, anno 1441 data epistola, qua ipsum per litteras Joan. Argyropulo, presbytero eruditissimo et diserto, moroso vero eidem homini, sese commendasse, ei significat. Epp. lib. v, ep. 3, pag. 50.

(8) Vid. Jovius l. c.

(9) Vid. Angelus Politianus, *Miscellanea cor. centur.* cap. 1. Conf. Joan. Mich. Brutus, *Hist. Florent.* lib. v: *Thes. antiqu. et Hist. Italie* tom. VIII, part. i, pag. 161, et Pap. Massonius, *Elog.* p. 1, pag. 558.

(10) *Diat. de doctis hominibus*, pag. 43.

(11) Hunc etiam quamplurimi, quos Florentiæ Argyropulus docuit, annumerat Raph. Volaterranus *Comment. urban.* lib. xxi, pag. 766. Plagii in hunc præceptorem suum commissi eundem perpetram accusavit Gabr. Naudanus, *Bibliogr. polit.* pag. 23, ut post Conringium ostendit Jac. Thomasius, *De plagio lit.*, § 341. Conf. Bayle *Dict.* tom. I, pag. 41.

(12) *Miscellan.* cap. 1. Opp. edit. Par. a. 1512, tom. I, fol. 105.

(13) Opp. Politiani tom. II, fol. 119.

(14) *Orat. de laudibus litterarum Graec.*, quam Henr. Stephanus Thesauro Gr. lingue prelxit pag. 7.

(15) Florentia iter in Galliam eum aliquando fecisse ex Philippi ad Thomam, regis Galmarum medicum, litteris commendatitus (Opp. lib. xii, ep. 25) appetet.

(16) Vid. Politianus, *Miscellan.*, l. c.

\* Propter op̄ s quod pro synodo Florentino scripsit Argyropulus, ei locum dedimus inter scriptores qui circa synodi tempora dorserunt. Edit.

Romam Argyropulus commigravit, ibidemque Græcas litteras, præsertim vero Aristotelis philosophiam docendi provinciam cepit (17).

Thucydidem, hac in urbe, et quidem in Vaticano, publice interpretantem Argyropulum audivit Joannes Reuchlinus nostras, litteris Græcis jam antea quidem Basileæ ab Andronico Contoblanca, indeque Parisiis ab Hieronymo Spartiata institutas (18). Ferunt, Argyropulum, cum Reuchlinus, concionis ejusdam Thucydideæ partem recitare atque interpretari ab ipso jussus, verba illius non solum commode pronuntiasset, sed etiam egregie prorsus explorasset, vehementer miratum esse, ac præsentibus summarè dignitatis auditoribus exclamasse : Eheu, nostro exilio Græcia transvolavit Alpes (19); eum sere in modum, quo Apollonius orator olim, cum Ciceronem Rhodi declamantem audivisset, admiratione æque ac mœrore affectus, Græcas litteras et eloquentiam ad Romanos illum transtulisse dixit (20). Habuit etiam Argyropulus senex Romæ ex nostris auditorem, Jacobum Questebergium, Fribergensem, qui non lingua tantum Græcam ab eo didicit, sed etiam philosophiæ initia percepit (21).

Senectute confessus Argyropulus, cum, ut Jovius tradit, immodico melopeponam esu, in febrem incidisset, Romæ decessit, relieto filio Isacio, musico nobili claroque (22). De anno vero ipsius emortuali non consentiunt inter se scriptores, nec certo is definiri posse videtur (23).

Præstanti omnino ingenio et præclara Græcarum litterarum doctrina atque eruditio fuit Argyropulus, Aristotelicæ cum maxime peritissimus philosophiæ. Magnis eo nomine laudibus certatim illum extollunt, qui propius ipsum noverant iisque maxime idonei arbitri atque existimatores. Ex his in primis Franciscus Philelphus, in litteris commendatissimis ad Th. Francum, Mediolano, anno 1461 scriptis (24), cla-

(17) Jovius, l. c.

(18) Id Reuchlinus ipse nos doceat, *Rudimentum Hebraicæ*, l. 1, pag. 20, ubi de suis, quos in addiscenda lingua Græca habuit, magistris ita exponit : « Non apud Ionas, neque ulla in Græcia, sed Basileæ primum ab Andronico Contoblanca, deinde Parisiis, a Georgio Hieronymo Spartiata, post Romæ ab Argyropulo Byzantio, publice in Vaticano Thucydidem legente, Xysto IV pontifice, ad extremum Fiorentiae Mediolanique, a Demetrio Chalcocondyle, Græcam linguam frustulatim, et quasi micas de mensa domini carentes, accepi. »

(19) Narrat hoc Philippus Melanchthon in oratione de Joan. Capnione seu Reuchlino, *Declamat.* tom. I, pag. 625, edit. Richardinæ; a quo acceptum id complures referunt, in primis Mart. Crusius, *Turco-Græciæ* l. 1, pag. 58, et *Germ.-Græciæ* l. 1, pag. 7; l. v, pag. 255; Matth. Dresserus, *Orat.* tom. III, pag. 55 sq.; Joann. Conr. Dietericus, in Progr. de restauratione Gr. litt. per Germaniam, suscipitis Jo. Reuchlini cœpta, sub init. ; Jo. Henr. Maius, in Vita Reuchlini, pag. 28, 213 et 216, etc. Ipsa Melanchthonis audire juvat verba, quæ ita labent : « Tunc etiam (Capnio, a Philippo, Pr. II. Palatino, legatus ad Alexandrum VI Pont. Max. missus) Roma audivit Argyropulum, publice enarrantem Thucydidem, de quo sui congressus exordia hoc modo narravit ipse : Cum in auditorium venisset ante Leonem, more legati, cum comitatu mediocri, et assiderent ibi multi homines nobiles, senes, cardinales etiam aliqui, salutat Argyropulum reverenter aequaliter easilium Græcorum et narrat, se cupidum esse doctrinæ ipsius. Argyropulus interrogat, cujas sit et an Græcum trahit intelligat. Hic narrat, se Germanum esse, et non omnino ruidem Græcie lingue. Jubet igitur Argyropulus cum legere partem Thucydideæ concionis et readere sententiam. Legit clara voce Capnio et audit interpretationem. Cumque et sonus pronunciationis non esset agrestis, et clementia recte et sonis verbis realita esset, animadverxit Argyropulus, non prorsus tironem esse in Græcia lingua et gemens exclamat : Græcia nostro exilio transvolavit Alpes. Non leve autem hac in narratione dubium chronologicum occurrit. Nempe cum, anno supra millesimum et quadragesimum octavo et nonagesimo, legatus Romam venerit Reuchlinus, ad Argyropulum tunc illum accessisse, commentare de tempore mortis Argyropuli relationi, qua annis minimum duodecim ante, diem obiisse dicunt supremum, manifeste adversatur. Itaque erro-

rem, quoad temporis rationem, Melanchthonem commisso, et id, quod narrat, eo tempore, quo Argyropulum, Thucydidem publice legentem, Romæ se audivisse, Reuchlinus ipse loco antea citato, refert, Sixto IV videlicet Pontificem, qui ab anno saeculi 71 usque ad annum 84 pontificatus præfuit, accidisse arbitramur.

(20) Apollonii vocem refert Plutarchus in *Vitis parallelis*, edit. Augustini Bryani Londinensis vol. IV, pag. 444 : Σὲ μὲν ὁ Κικέρων, ἐπανῶ καὶ θυμάζει, τῆς Ἐλλάδος οἰκτείρω τὴν τύχην, δρόν & μόνα τῶν καλῶν ἡμῖν ὑπελείπετο, καὶ ταῦτα Φωμαῖοις διὰ σοῦ προσγενόμενα, παιδεῖαν τε καὶ λόγου. Te quidem, Cicero, laudo et admiror : Græciæ vero miseret me conditionis, cum cernam, quæ reliqua nobis sola erant ornamenta, ea quoque te ad Romanos transtulisse, litteras et eloquentiam.

(21) Testis iterum est Ph. Melanchthon in præfat. in Procl. metaphrasin quadripartitæ Ptolemai, *Declam.* tom. I, pag. 500, ubi de Questebergii lujus, vitæ studiorumque ratione exponit.

(22) Vid. Raph. Volaterranus, *Commentar. urban.* lib. xxi, pag. 776. Alterum quem habuit, filium, Bartholomeum, doctum juvenem, pertristi amisit casu, quippe qui cum Romæ apud Bessarionem versaretur, a grassatoribus interfactus est. Magno ob id mœrore affecti, Bessarionis rogatu, consolatoriam ad patrem epistolam scripsit Jac. Piccolominus, cardinalis Papensis, quæ inter epistolas ejus ducentesima, pag. 619 et sqq., habetur. Mitius vero filii interitum tulisse patrem, ex Papensis, quæ pag. 621 exstat, ad Bessarionem epistola patet; fortiusque Joan. Argyropoli animum eo nomine prædicat Petr. Aleynius, in Medicis legato priore, edit. Ald. fol. 6, 11.

(23) Jovius quidem, qui in cæteri sequuntur, cum septuaginta haberet annos, egyptum eum esse, aut; quo autem a G. N. mortuus fuerit anno, non ad dit. P. Lambecio, Compl. de B. Vindob. l. vi, pag. 278, inter Gazam et Trapezontium, seu, inter annum C. 1478 et 1485, obiisse videtur. J. A. Fabricius, *Bibl. oth. Gr.* vol. X, pag. 426, circa a. 1480 defunctum illum esse scribit, notatque Nic. Reusnerum, in cuius iconibus perpetuam a. 1571 expiassæ, tradatur. Nicolaus autem Compensis Papadopoli, qui ὡς ἐξ τρίτονος saepenumero loqui solet, Decessit Argyropulus, inquit, septuagenarius, anno 1486.

(24) Epp. lib. xiii, ep. 23, pag. 94 edit. Ven. a. 1502.

rissimum eum vocat philosophum, et cumdem virum eloquentissimum, atque omni disciplinarum genere præstantiaque pollente, et hoc uno neminem in universo Græcorum genere neque doctorem, nec sapientiorem esse confirmat. Eamdem in sententiam de illo ad Donatum Acciajolum scribit (25), huncque et reliquam juventutem Florentinam laudat, quod in talis tantique et oratoris et philosophi Græci sese tradiderint disciplinam. Is ipse autem Acciajolus, præceptorem hunc suum collaudans (26), Plures jani, inquit, annos, doctrinam tradidit nobis, tanta copia, tam multiplicibus variisque sermonibus, ut visus sit, temporibus nostris, veterum philosophorum memoriam renovare. A Cortesio (27) propè perfectus dicitur peripateticus et sane tolerabilis scriptor; ab Aleynio (28), philosophorum suæ memorie facile princeps. Quam bene de eodem, præceptore suo, existimaverit Ang. Politianus, supra exposuimus. Plura virorum doctorum taceo testimonia, quibus de insigni eximiaque illius eruditione prædicarunt.

Quod multis doctis hominibus commune est vitium, ut arrogantia scientiae, qua pollut, socia sit commesque, et hac inflati solos sese sapere potent, aliosque præ se contemnunt, ab hoc adeo non liber fuit Argyropulus, ut potius is videri voluerit, qui omnes inter in omni doctrinæ genere unus emineret, et insolentius summorum etiam virorum despicerit eruditionem. Totus adeo in eo diversus fuit a veteri sodali suo, Theodoro Gaza, qui modestiæ suæ erga illum ipsum singulare dedit documentum. Etenim, cum Aristotelis *Naturalia* atque *Moralia* Argyropulus Latine convertisset, Gaza quædam, a se pariter translata, combussit, ne, ut Jovins ait, amicissimi hominis crescenti famæ officerent, si ad æmulationem odiosa comparatione certaretur. Latina enim, addit, ubertate facundior, et Græcorum modestissimus hoc facile dabat elate ambitioso et amplioris percupido fortunæ. Arrogantiae ipsius luculentum exemplum memorat Politianus, ubi, præceptorem illum suum, Ciceronem philosophiæ pariter atque Græcarum litterarum imperitiæ arguisse, refert; et cum omnium acerrimus esset in disputando atque aurem (quod ait Persius), mordaci lotus aceto, facile id sibi ceterisque, tum quidem sectatoribus suis persuasisse ait ut, quod pene dictu quoque nefas sit, pro concesso inter ipsos haberetur, nec philosophum fuisse M. Tullium nec litteras Græcas calluisse (29).

Sed et ebriositate ac voracitate famæ suæ maculam aspersit Argyropulus, si quidem Jovio filies est habenda, qui, vini et ciblæque avidum et capacem, et multo abdomine ventricosum eum fuisse, tradit (30). Eodem auctore, Romæ ita opimis stipendiis vitam traduxit, ut tota substantia quotidiani sumptibus aquaretur, et in extremo vitæ actu jocatus, ditiores amicos, æris alieni, condito testamento, hæredes relinqueret.

Præcipua Argyropuli doctrinæ ingeniique monumenta sunt Latine complurium Aristotelis librorum interpretationes, quas Florentiae confecit, gratique sui erga veræ virtutis altricem domum Mediceam, animi extare voluit testes. Ex Græco nimirum Latine convertit Aristotelis *Prædicamenta*; *De interpretatione* libro; *Analyticorum posteriorum* libros; *Physicæ auscultationis* libros, octo; *De cœlo* libros quatuor; *De anima* libros tres; *Metaphysicarum* libros duodecim; *Ethicorum ad Nicomachum* libros decem; et *Politicorum* libros octo. Versiones hæc antiquioribus Aristotelis operum editionibus Latinis ac nonnullæ etiam in Græco-Latinis quibusdam leguntur. MSS. in bibliotheca Laurentiana Medicea asservantur, hisque continentis in illa exstant codices aliquot membranacei, elegantissimis Cosmæ et Petri, Mediceorum, ipsiusque interpretis, iconibus exornati (31). Diversa et contraria inter se de Argyropuli versionibus virorum doctorum sunt judicia (32). R. Volaterranus (33), eleganter magis quam fideliter Aristotelis libros eum convertisse censet. Contra ea Joach. Perionius (34), fideliter magis quam ornate eleganterque illos ipsos translatos ab eo fuisse ait. Petrus Nannius (35) autem, ad verba magis quam ad sensum Argyropulum attendisse, ipsiusque adeo interpretationes nec fideles, nec elegantes esse, pro-

(25) Eadem Epp. libro, epistola 25; ex qua etiam discimus Mediolanum a. 1456 Argyropulum venisse, et a principe perhumaniter perbenigneque tractatum, ad Transalpinos transiisse, redditus ad constitutum tempus spe facta.

(26) Proem. in expositionem libr. *Ethicorum* Aristotelis, ad clariss. virum, Cosmam Mediceum.

(27) *Dial. de doctis hominibus*, pag. 43.

(28) *L. s. c.*

(29) Vid. Politianus, *Miscell.* c. 1: quo ipso capite, Ciceronem ejusque expositionem vocabuli ἐγεγένετο, *Tuscul.* Quast. 1, 10, qua Tullianam Græcæ linguæ ignorantium comprobare instituerat Argyropulus, a calunnia ejusdem, cuius quidem alias apud se non exigui ponderis auctoritatem esse profitetur, ex instituto defendit Comnenus Papadopol., *L. s. c.*, ubi Jovii repetit narrationem, quod Argyropulus, Ciceronem Græcas litteras ignorasse

prædicaverit, addit: Quia in se non omnino Argyropulus delirabat. Perbelli! Nempe, ut Politianus de Græcis suæ ætatis hominibus testatur, Latinos in participatum suæ linguae doctrinæque non libenter admittit ista ratio.

(30) Conf. Bayle *L. c.* Argyropulo, quod Ciceronem non magni fecerit, subiratum Jovinum haec de illo scripsisse opinatur Hodius *L. c.*, p. 194.

(31) Vide Catal. Biblioth. Laurent.-Medic. a Bernard. de Montfaucon in *Biblioth. bibliothecarum* mss. nova vulgatus p. 379, 402, 542, 405 et 413.

(32) Pluribus illa enarrat P. Bayle, in *Diction. hist. et crit.*, tom. I, pag. 503.

(33) *Comm. urb.* lib. xxi, pag. 776.

(34) Teste Thuano, *Hist.* I. xxiii, p. m. 1037.

(35) Συμπλικτῶν lib. 1, cap. 5, pag. 6. Conf. Baillet, *Jugem. des Scavans*, tom. IV, pag. 355.

tantiam. Attamen accurate interpretandi laudem illi handquaquam denegandam esse, P. D. Iluetos (36) arbitratur.

Joannem Argyropulum auctorem etiam habet *Expositio Ethicorum Aristotelis*, quam, ab ipso videlicet Florentiae publice traditam (57), edidit Donatus Acciaiolus. In Latinum idem translata Basilii Magni in *Hexaemeron homilias novem*; eaque versio in Latinis et Greco-Latinis Basili Magni operum editionibus exstat. *De processione Spiritus sancti*, ejusdem ad magnum ducem Lucam Ducaram (58), scriptum, in quo decreti, in synodo Florentina facti, explanatio habetur cum interpretatione sua Latina, Leo Allatius inseruit *Græcie orthodoxæ tom. I*, Romæ a. 1652 edito, pag. 400 seqq.

'Ανέχεται Argyropulij, quæ in celeberrimis Italiæ, Galliæ, Hispaniæ bibliothecis latent (39), potissimum hæc sunt: *Monodia et consolatio ad imp. Constantium* (40) in nome fratris Joannis, qui anno 1448 decessit; *ad Constantium Palæologum de regno liber*; *Comparatio inter principes antiquos et novi imperii*, Turcici videlicet. *Solutio difficultatum et questionum, a Cypriis quibusdam sapientibus et medicis sibi oblatarum* (41).

(36) *De claris interpretibus* ed. Stal., pag. 295.

(37) Prolitetur id ipse Acciaiolus, in proœmio expositionis iūtus, impr. Florentiae apud S. Jacobum de Kipoli, an. 1487, fol., hisce verbis: « Expositionem (Argyropuli) accommodatam præcipue menti Philosophi, litteris mandare constitui, ut ii qui adesse non potuerunt, et harum rerum desiderio tñgrentur, hæc, quæ nos ex ejus ore accepimus, percipere et ipsi pro arbitrio possent. Quare traductionem illius ac ordinem explicandi pluribus verbis scenti sumus, lata interdum et diffusa oratione utentes, ut explanatio aperta magis, magisque omnibus esset communis. »

(38) Vid. Papadopoli *I. c.*, pag. 180. Perperam adeo H. Wharton, in append. ad *Hist. litt. Galli*, Cave, pag. 109, et ab eo in eundem, ut videtur, inducti errorem, J. A. Fabricius et Hodius, pag. 204, ex magno duce, qui in libri titulo tantum nominatur, Cosmam ducem effinxerunt, Medicem illeum procul dubio intelligentes, quem vero neutiquam ducem fuisse, satis constat.

(39) Referuntur illa a Phil. Latiboo in *Nova Bibl. librorum miss.*, pag. 71, 113, 387; indeque, post

alios, a Fabrio *Biblioth. Gr.* vol. X, pag. 426; qui etiam orationem Argyropuli quartam pro synodo Florentina a Nic. Gommo, *Prænot. mystagog.* p. 561, citari, notat et inter scripta illius poemata Graeca ecclesiastica Argyropuli, δρωνύμοι forte, refert.

(40) Hujus mentionem facit Leo Allatius, *De synodo Photiana*, pag. 542.

(41) 'Ανέχεται hæc, quæ memoravimus, omnia in biblioteca regia Parisiensi asservantur. Vid. Catal. codd. miss. tom. II, pag. 159, 196, 245. In codice Greco ms. bibliothecæ Bodleianæ, quo Porphyrii *Isagoge*, et Aristotelis *Organon*, cum scholiis marginalibus, continentur, Argyropulus Cpoli logicam docens representator forma quidem minus concinna; quin ipsius effigiem, æri incisam H. Hodius suis de Græcis illustribus, lingue Graecæ instauratoribus, libris addendam curavit. Καλλγραφίας Argyropuli documentum est anonymi Compendium eiron. con, quod, manu ejus scriptum, in Graeca D. Marci exstat bibliotheca. Vide Catalog., pag. 192.

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΥ

Τῷ κλαμπροτάτῳ καὶ περιφανεστάτῳ μεγαλῷ δούκι

ΣΥΝΟΠΤΙΚΩΤΑΤΟΝ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ

ΕΝ οὐ καὶ αναπτυξίσ τούτοις τούτην φανταστική γενομένη.

## JOANNIS ARGYROPULI

AD ILLUSTRISSIMUM ET PRÆCLARISSIMUM MAGNUM DUCEM  
SCRIPTUM BREVISSIMUM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI,

IN QUO HABETUR EXPLANATIO DECRETI FACTI IN SYNODO FLORENTINA.

(L. Allatio interprete in *Græc. orthodox.*, tom. I.)

1. Rebus aliis omnibus inter viros felices ac fortunatos te colloco, illustrissime ac præclarissime magne Dux, quas si receperero volucro,

a'. Πᾶσι μὲν ἄλλοις ἐγώ σε τῶν εὑδαιμόνων νειρίζω, λαμπρότατος καὶ περιφανέστατος μέγα Δοῦξ, ὃν ἔκαστον ἀμήγανον ἔχειται, σὺ μέν γε κατὰ τὸν ἐνε-